



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 24. Equestris Ordo de Sancta militia Viennæ erectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](#)

gæc. XVII. tarentur, cunctis libertatis studium præ-  
 A. C. 1619. seferentibus, & sub hoc obtenu se-  
 mutuo opprimere, suaque ad vota co-  
 gere adlaborantibus: Durior ceteris e-  
 rat conditio Catholicorum, qui nu-  
 mero pauciores, & Episcopo atque Ec-  
 clesiis suis spoliati, obtrusis Prædican-  
 tibus, eadem cum Calvinistis Ecclesia  
 uti atque animis non minus quam Re-  
 ligione diversi convivere cogebantur.

§. XXIV.  
*Equestris Ordo de Sancta militia  
 Viennæ eretus.*

*Merc. Gal-  
 lob. t. 12. l. 3.  
 Bellus l. 3.  
 pag. 75.  
 Brietius ad  
 hunc ann.  
 Bald. chro-  
 nic. Moral.* **H**oc anno Viennæ in Austria novus  
 Ordo Equitum de sacra militia Chri-  
 stiana, demum Cæsareo consensu firma-  
 tus est. Jam anno priori quidam Prin-  
 cipes, Comites, Proceresque Catho-  
 lici, præcipue Carolus Gonzaga Ni-  
 vernensis Dux, Adolphus Altheimius,  
 Ratzivilius Princeps, Saxonæ Lauen-  
 burgensis Dux, Buchheimius & Comes  
 de Arco, aliique hunc Ordinem sub pa-  
 trocinio B. Virginis, SS. Michaelis &  
 Francisci instituebant, præcipua insti-  
 tuti lege sancta, ut maritimas Turca-  
 rum excursiones compescerent, omnes-  
 que Christianos sub Ottomanicæ servi-  
 tutis jugo gementes pro viribus libe-  
 rare satagerent, necnon Catholicam  
 Reli-

Religionem strenue tuerentur, pacem- Sæc. XVII.  
que inter Principes Catholicos procu- A. C. 1619.  
rarent. Hi ergo die octava Martii in  
Cathedrali Ecclesia congregati, per-  
acto sacro jusjurandum exsolverunt,  
postea sub aperto cælo aerem evagina-  
tis gladiis divaricatim percutientes, in-  
signia Ordinis, crucem nempe, quæ  
Beatæ Mariæ Virginis effigiem acu-  
pictam exhibebat, palliis affigendam  
solemni ritu acceperunt. *Magnum,*  
si Brietio Jesuitæ credere fas foret, e-  
rat *hoc in specie opus.* & majori inchoa-  
tum pompa, quam prudentia propagatum,  
quod tandem etiam cum Christianorum risu  
& cum Mahumetanorum contemptu eva-  
nuit: quia aliud, quam Dei gloriam, &  
fidei præsidium, præclari illi, si Deo pla-  
cat, Ordinum conditores spectasse videban-  
tur. Ceterum Gramondus hujus Ordini-  
nis excidium reddituum tenuitati, &  
immensæ expensarum moli adscribit.

### §. XXV.

#### Quædam Facultatis Theologicæ Pa- risiensis decreta.

Die prima Februarii Isambertus Fa- Argentre  
cultatis Theologicæ Syndicus of- collect. judic.  
ferebat indulgentias a S. D. N. Papa t. 2. p. 114.  
Paulo V. in favorem tam Doctorum,  
quam Baccalaureorum Facultatis alia-  
*Hist. Eccles. Tom. LVI. Gg rum-*